



8
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
DE HIS QUI
ARBITRIUM RECEPE-
RVNT VT SENTENTIAM
DICANT.

QVAS FAVENTE DEO TER OPT. MAX.
PRAESIDIBVS CLARISS. ET CONSVLTISS. VIRIS
D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-
landt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, pro more lau-
dabili, in florentissimo Iuridicæ facultatis, apud
Agrippinates Collegio, publicè defen-
dere conabitur.

PETRVS A TORNACO
LEODIENSIS.

*Anno à Christo nato CIJ. IJ. LXXXXI.
mensis Martij 28.*



COLONIAE AGRIPPINAE S
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

THESE
DEHIS OVI
ARRY RYAM RECEIT
KAT VENTILAM
NIST

QUANTITATE DIO TIR OTT
CONSTITUTIO DIO TIR OTT
CONSTITUTIO DIO TIR OTT
CONSTITUTIO DIO TIR OTT
CONSTITUTIO DIO TIR OTT

LETTER A TORINACO
L'OLIVIERE
L'OLIVIERE

CHRISTIANE ACHARDINE
PROVINCIAE ACHARDINE
PROVINCIAE ACHARDINE
PROVINCIAE ACHARDINE
PROVINCIAE ACHARDINE



ORDINIS RATIO.

Iudiciorum principijs haecenus prima parte ff. explicatis, ad secundam de Iudicijs transeundum erat; sed quia frequenter litigatores, ut iudiciorum sumptus, moras, ceteraque euent incommoda, solent priuatim vnius aut plurium arbitrio, controuersiam suam decidendam committere, idcirco de Arbitris prius agendum fuit.

V Vefemb. in parat. ff. & C. nu. 1. Azo in summa ext. h. t.

THESIS I.

Arbitri in iure alij sunt, qui ad totius controuersia decisionem tanquam Iudices, voluntate partium eliguntur, vulgò recepti siue Compromissarij dicti. (a) Alij qui necessitate legis vel statuti assumuntur, & necessarij, vel iuris arbitri nuncupantur. (b) De priore genere hoc loco agendum est.

(a) l. idem Pomponius 14. §. recepit ff. h. t. latè Marc. Ant. Blanc. de compromissis inter coniuictos toto tractatu, toto tit. ff. C. & decret. (b) l. societatem 76. cum seqq. §. arbitrorum ff. pro socio l. arbitro 9. ff. qui satisd. cog. l. omnes 7. C. de ferijs l. vlt. C. de Iudicijs V Vefemb. in parat. C. h. t. nu. 6. Mynf. cent. 4. obs. 68.

II.

Est & tertium genus, eorum qui nulla iudicij forma obseruata, ex equo & bono consilio iudicioque suo, controuersiam dirimunt, & Arbitratores nominantur. (a)

(a) Bart. in tract. de arbitris in princ. Abb. in c. quinta uallis ext. de iureiurando Blanc. d. tract. q. 1. num. 29.

III.

Sunt igitur hoc loco arbitri, qui ex compromisso à litigatoribus ad decidendam controuersiam, (a) adiectione poena, (b) simplici stipulatione, (c) nudo pacto, (d) aut secundum canones iuramento assumuntur, (e) vnus aut duo, pluresue, sed tutius impari numero. (f)

(a) l. 3. §. 1. ff. h. t. c. à iudicibus 2. q. 6. (b) l. litigatores 11. §. quod ait l. diem proferre 27. ff. h. t. (c) d. l. diem §. fin. (d) d. l. litigatores §. interdum ff. l. cum antea §. in prin. C. c. per tuas ext. h. t. arg. c. 1. & ibi Abb. ext. de pact. (e) c. 2. c. cum tempore, e. ex parte ext. h. t. (f) l. item 17. §. 5. vsque ad fin. ff. c. 1. ext. h. t.

IIII.

Possuntque omnes in arbitros assumi, qui iure non prohibentur, (a) Prohibentur autem, quilibet in propria causa, (b) seruus, (c) minor 20. annis, (d) furiosus, mutus, surdus, (e) mulier, (f) monachus, (g) excommunicatus, (h) bannitus, (i) deportatus, (k) laicus in causa spiritali. (l)

(a) l. 3. §.

(a) l. 3. §. fin. l. Pedius 7. (b) l. penult. ff. h. t. (c) d. l. Pedius 7. in fin. d. l. non distinguemus §. si seruus l. sed si in seruum 9. in princ. ff. h. t. (d) l. cum lege 41. ff. h. t. (e) l. 9. §. 1. ff. (f) l. fin. C. c. dilecti ext. h. t. (g) glos. in d. l. Pedius Blanc. q. 2. nu. 4. (h) idem nu. 9. (i) idem num. 14. (k) idem nu. 15. (l) c. contingit ext. h. t.

V.

Quin & ordinarius causa Iudex (licet communis Dd. repugnet opinio) (a) & ciuili, & Canonico iure consensu partium rectè arbiter eligitur. (b)

(a) glos. & Bart. in l. sed etsi 9. §. si quis ff. h. t. & eam communem asserit Blanc. d. tract. q. 2. nu. 41. (b) l. 3. §. fin. ff. h. t. arg. l. prætor ff. de tut. & cur. & c. Auth. vt differentes Iudices §. si vero contigerit c. cum tempore & ibi Abb. c. ex parte ext. h. t. c. causam ext. de electione gloss. in d. c. cum tempore & c. infames §. si vero iudex 3. q. 4. VVesemb. in paratit. C. h. t. num. 8.

VI.

Sed ad compromittendum, aut arbitrium recipiendum cogi nemo poterit, Si tamē partium & arbitri consensu, fuerit compromissum, & arbiter sententiam dicere, & partes pœna metu sententia stare compellentur. (a)

(a) l. Labeo 3. §. tametsi & seq. VVesemb. in parat. ff. num. 3 & C. num. 4. Abb. in c. i. ext. hoc tit.

VII.

Materiam compromissis subministrant rerum quarumlibet controuersie, tam propria quam aliena, de quibus transigere licet. Non tamen res alienari prohibita, (a) cause publici, iudicij, (b) famosi delicti, (c) praiudiciales, populares, si ex fideicommissio libertas deberi dicatur, (d) de matrimonio carnali, (e) rebus ecclesie praiudicantibus, agatur. (f) Quibus in causis maiores iudices ad eundem sunt.

(a) Abb. in d. c. cum tempore Blanc. q. 4. nu. 28. (b) d. l. non distinguemus §. 6. l. si qui 7. C. de Episc. aud. (c) d. l. non disting. §. Iulianus ff. h. t. (d) ead. l. §. de liberali & seq. (e) c. causa restitutionis penult. & ibi Panorm. ext. de rest. in int. (f) l. peruenit ext. h. t.

VIII.

Compromissa ad finiendas lites pertinentia, vt ad similitudinem iudiciorum redacta sunt; (a) ita eodem quo iudicia processu, expediuntur. Citatione, (b) libelli oblatione, (c) litis contestatione, (d) iuramenti calumnie præstatione, (e) probationibus, exceptionibus, (f) testium productionibus, dilationibus, (g) publicatione processus, conclusione. (h) Ceterisq; (nisi specialiter exemptis) obseruatis.

(a) l. 1. ff. h. t. l. rem non nouam 14. C. de iudicijs (b) l. sed interpellatur 49. §. arbiter ff. h. t. (c) l. penult. §. plenius C. h. t. Auth. offeratur C. de litis contest. (d) d. l. rem non nouam §. patroni C. de iudicijs, gloss. in l. 1. C. de litis contest. (e) l. 2. §. sed quia veremur C. de iur. prop. cal. (f) l. 1. ff. VVesemb. in parat. n. 5. C. h. t. (g) Blanc. d. tract. q. 8. Azo in summa C. h. t. §. item si venerit (h) Bart. in auth. at qui semel C. de probat. Bald. in l. quid tamen, circa finem ff. h. t.

IX.

Citant arbitri aut per epistolam, aut per nuncium, (a) possuntq; ipsos litigatores personaliter citare, (b) licet procurator cum mandato interueniat. (c)

(a) d. l. sed

(a) d. l. sed interpellatur §. arbiter arg. d. l. diem proferre in prin. ff. h. t. (b) d. l. nō distinguemus circa finem (c) c. per tuas ext. h. t.

X.

Satisfactio tamen iudicio fieri coram arbitris non exigitur, (a) quia per contumaciam iudicio non sistens, non minus pœna committitur, quam si sententia paritum non fuerit. (b)

(a) Auth. generaliter, C. de Episc. & cler. Auth. de litigiosis §. omnem verò in fine, gloss. in l. i. ff. Azo in summa C. h. t. §. item post illud (b) l. diem proferre §. si quis ff. l. 2. C. h. t.

XI.

Sed nec reconuentio, quæ aliàs in iudicijs ordinarijs, & delegatis conceditur, (a) nisi specialiter id actum sit, locum habebit. (b)

(a) Auth. & consequenter C. de sentent. & interl. Auth. de executoribus & c. §. sancimus c. cuius in agendo 3. q. 8. c. 1. & 2. de mutuis petit. c. dispendia de rescriptis in 6. (b) c. cum dilectus h. t. Bart. in d. auth. & consequenter Blanc. q. 4. nu. 23.

XII.

Imò in tantum quod actum & conuentum est debet obseruari, (a) vt si alio quam conuenerit loco, aut tempore litigatores adesse iusserit arbiter; vel post diem, (b) si quid mādauert in honesti, (c) diem prorogauerit, (d) pœnam, aut eā incertam iniunxerit, (e) aliter atque recepit sententiam dixerit, vel diuersas protulerit, impunè non pareatur. (f)

(a) d. l. non disting. §. de officio l. quid tamen 21. §. plenum ff. h. t. (b) l. Labeo ait 25. l. quid tamen 21. §. si cum dies, §. si intra diem, §. si arbiter ff. h. t. (c) ead. l. §. sed si penult. (d) l. arbiter 50. ff. h. t. (e) l. 2. in fin. ff. de iudicijs d. l. quid tamen §. Pomponius (f) l. Pedius 7. in fin. d. l. diem proferre 27. §. si plures l. Labeo ait 25. ff. h. t. c. fin. ext. de sent. & re iud.

XIII.

Quibusdam tamen casibus, de quibus compromissum non est, poterit cognoscere: diem scilicet solutioni præfigere, (a) super fructibus & expensis condemnare. (b) In casibus enim ommissis, qui tamen virtute & energia ipsius actus, verbive comprehenduntur, ad ea qua necessario inde emergunt facienda extensio est. (c)

(a) d. l. quid tamen §. solutioni, & §. intra, vltimo l. Celsus 23. ff. h. t. (b) Blanc. q. 9. num. 79. & 80. (c) arg. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. l. 20. §. 1. de seruit. urb. l. 6. de aliment. & cib. leg. gl. & Alber. in d. l. non distinguemus, §. de officio, Blanc. d. lo.

XIV.

Arbitri sententia de negotio prolata standum erit, equa, siue iniqua sit, (a) neque refert pœna compromisso adiecta fuerit nec ne, vel clausula, Rato manente pacto. (b)

(a) d. l. diem proferre §. stari, l. qualem 19. ff. l. 1. C. h. t. c. à iudicibus 2. q. 6. (b) arg. d. l. cū antea §. C. h. t. Mynf. cent. 4. obs. 68.

Sed

XV.

Sed dubitari potest; An poena commissa & soluta ad executionem sententia procedendum sit? Quod non aliter concedendum, (a) quam si id expresse adiectum fuerit, vel addita clausula, ut Rato monente pacto &c. (b)

(a) l. 2. ff. l. penult. C. arg. l. r. C. h. t. (b) d. l. non distinguemus, §. de officio, arg. l. penult. ff. de transact.

XVI.

Ita tamen sententia standum erit, nisi vel sordes, aut manifesta turpitudine interuenerit, tunc enim dabitur exceptio doli: (a) vel aliud voluntate partium conuentum sit, & tum prouocationi locus erit. (b)

(a) l. sed etsi 9. §. sunt & alij l. ita demum 31. d. l. non disting. §. cum quidam l. arbitratorū 3. C. h. t. (b) l. ex consensu ff. de appellat. Blanc. q. ult. nu. 4.

XVII.

Ita nec ab arbitri sententiæ licebit appellare, sed ei poenæ metu standum erit: (a) Et si iuramentum interuenerit, ea, non obstante No. Const. firma remanebit. (b)

(a) d. l. diem proferre §. stari ff. d. l. r. & ibi Dd. C. h. t. (b) c. cum tempore & ibi Abb. toto tit. ext. de iureiur.

XVIII.

Aliud in arbitris Iuris, siue necessarijs, & Arbitratoribus obseruatur; Horum enim sententia ad arbitrium boni viri reducitur; (a) Illorum vero, uti iudicis, appellatione suspenditur. (b)

(a) Bart. in d. l. societatem ff. pro socio Abb. in c. 2. ext. h. t. num. 12. c. veniens, c. quintanalis & ibi Dd. de iureiur. gloss. in c. a Iudicibus 2. q. 6. & c. causam de elect. (b) l. apertissimi & l. ult. C. de Iudicijs d. l. arbitro ff. qui satisf. cog. c. ab arbitris de officio & pot. deleg. in 6. Blanc. q. 10. nu. 5. & 10.

XIX.

Nulla etiam ex arbitri sententia datur actio iudicati, aut exceptio; (a) Sed ad poenam si qua promissa; vel ad interesse ex contractu agitur: (b) Nisi iuramentum intercesserit, cui periurij metu standum erit, (c) vel cōsensu partium, aut lapsu decendij, homologatum fuerit arbitrium. (d)

(a) l. 2. ff. l. r. C. h. t. (b) c. per tuas §. super quo & ibi Abb. Rau. in compend. in can. h. t. VVesemb. in parat. C. h. t. nu. 19. (c) c. cum tempore & ibi Abb. Rau. d. lo. toto tit. de iureiur. (d) l. ne in arbitris §. si quis autem l. cum antea in prin. & §. sin autem C. d. c. per tuas ext. h. t.

XX.

Sed neque contra iuris & compromissi formam, dictatum arbitrium, licet à Pontifice in forma communi approbatum aut à partibus homologatum, vllas vires obtinebit. (a)

(a) c. examinata 7. & ibi gl. de confir. vtili & inutili.

XXI.

Quæstionis est hoc loco, An uti Iudices, ita & arbitri iniquè iudicando litem suam faciant? Ad quam affirmative respondeo. (a)

(a) l. si quis

(a) l. si quis in conscribendo §. fin. glos. & Dd. in l. fin. ff. de varijs & extraor. cog. Blanc. q. 9. nu. 89. Contrarium tenet gloss. canonica in c. 1. in verb. in iudicio de sentent. & re iud. in 6. & in c. legitima in verbo odium de appel. in 6.

XXII.

Soluitur demum arbitrium, morte alterius litigantium, vel arbitri, (a) etiam civili, (b) contrario consensu, (c) aut compromisso, (d) iudicio, (e) interitu rei controuerse, pacto, transactione, acceptilatione, inimicitijs superuenientibus, lapsu temporis compromisso prefixi, (f) alijs triennio vt instantia iudicialis, (g) furore, (h) bonorum denique cessione. (i)

(a) d. l. diem proferre §. 1. d. l. sed & interpellatur 49. ff. c. ex parte in fine ext. h. t. c. vno delegatorum 42. de off. & pot. deleg. c. presentata 50. de testib. (b) arg. l. 14. in fine ff. de nouat. Blanc. q. 7. nu. 6. 9. & 10. (c) l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. (d) l. vel ad alium 10. ff. h. t. (e) l. non distinguemus §. 3. (f) cad. l. §. 1. 2. 3. & 5. l. Pomponius 13. l. licet 15. l. si quis rem 30. ff. h. t. (g) Bald. in d. l. 14. ff. Salyc. in l. 1. C. cod. Mynf. cent. 3. obs. 44. (h) l. si compromissum 47. ff. h. t. (i) l. item si vnus 17. ff. h. t.

XXIII.

Arbitri Laudam suam non possunt executioni mandare, quia iurisdictionem nullam habent, sed ordinarius exequetur. (a)

(a) l. cum antea in verb. quatenus C. h. t. l. ait Prætor §. 1. l. à Diuo Pio 15. in prin. ff. de re iud.

CORONIS.

Subiçio hoc loco, habere locum in compromisso iniquo, Remedium l. 2. C. de rescind. vend. (a)

(a) V. Veseimb. in parat. in fine ff. h. t. Mynf. obs. 33. cent. 1.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Section of faint, illegible text in the upper middle part of the page.

Section of faint, illegible text in the lower middle part of the page.

Section of faint, illegible text at the bottom of the page.



153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus S. Teutonicarum





THESES
DE HIS QUI
ARBITRIUM RECEPE-
RUNT UT SENTENTIAM
DICANT.

QVAS FAVENTE DEO TER OPT. MAX.
PRAESIDIBVS CLARISS. ET CONSULTISS. VIRIS
D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-
landt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, pro more lau-
dabili, in florentissimo Iuridicæ facultatis, apud
Agrippinates Collegio, publicè defen-
dere conabitur.

PETRVS A TORNACO
LEODIENSIS.

*Anno à Christo nato CIJ. IJ. LXXXI.
mensis Martij 28.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.